



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Doctrina Theologica D. Gummari Huygens In Quibusdam Speciminibus Exhibita**

**Amstelbeeck, Rudolf von**

**Coloniæ Agrippinæ, 1691**

§. 3. Doctrina D. Gummari Huygens circa Doctrinam Sacram, & Angelos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39044**

*Doctrina D. Gummari Huygens  
circa Doctrinam Sacram,  
& Angelos.*

**D**E illa agens in damnato Compendio pag. 1. Rudes, inquit, *Metaphorica propriè accipiendo, proni sunt in errores crassos circa Deum & res divinas. Cum picture Deitatem representantes, vel sanctissimam Trinitatem, aut Angelos, aut etiam alias res spirituales, sint quedam Metaphoræ, idem hic observandum. An non respiciunt hæc 25. inter 31. damnatas ab Alexand. VIII. Dei Patris sedentis simulacrum nefas est Christiano in templo collocare?*

De Angelis custodibus hominum hæc habet in dam. Comp. pag. 9. *Angelum custodem... habent Electi, & FORTE etiam Reprobi. Dubitat igitur, an & his de Angelo Custode sit prospectum. Adversatur verò doctrina hæc SS. Patribus, & communi sensui Christianorum, singulis hominibus etiam Reprobis indubitatè singulos Custodes Angelos attribuentium.*